horridū. de cujus capite sanies cum fetore
fluebat, secrecius assumpsit, et
propriis manibus capillos ejus
tondens, in sinum suum caput
illius reclinavit. Quem postea
in secretum pomerii sui ducens
et aspectum humanum vitans
caput ejus vlcerosum et vermi-
bus plenum lavit. Quam cum
puellae supervenientes super
tam humili atque despecto
opere corriperent, ridebat illas,
non ignorans salvatorem dixisse
infirmus fui et visitastis me.
Item: Amen dico vobis quam-
diu fecistis uni de hijs mini-
mis meis mihi fecistis.

hijs

[Caput Septimum.]

Item dixit que supra, quod
venerabilis Elyzabeth adhuc
lantgravio vivente et consen-
ciente fecerit obedienciam ma-
gistro Cunrado, salvo tamen
jure mariti sui, fide data eidem
Cunrado quod servare vellet per-
petuam continenciam, si continge-
ret eam marito supervivere. Et fac-
tum est hoc votum in Ysennache
in cenobio sancte Katherine. Qui
magister Cunradus post obedien-
ciam sibi factam precepit sanc-
te femine ne vteretur bonis ma-
riti sui, de quibus sanam non
haberet conscienciam, quod beata
illa tam districte servare studuit

Das Katharinenkloster zu Eisenach war von Hermann I, Landgraf von Thüringen und Hessen, Pfalzgraf von Sachsen (letzteres auf dem Reichstag zu Erfurt 1182 geworden) (– gest. 1215) gegründet. Ann. Reinhardb. p. 143: Ad cellam Sancte Katherine, quam princeps ipse fundaverat, et sibi vivus sepulturam elegerat inibi, illo etiam deferendum corpus ipsum judicabat (Lantgravia). Nach Montalembert ruhen in diesem Kl. die meisten katholischen Fürsten Thüringens. „In der Reformationszeit wurde es aufgehoben, später von Johann Georg II zu einem Theater umgeschaffen. Jetzt befindet sich an der Stelle der Gasthof zum Mohren (Mohrenhof)